t ¶ Impetrabis. etiā yna actiōe ſufficiente de plurib̃ hereditatib̃. vt ꝛ. ff. eo. heredes. ſ. de plurib̃. ſicut ecōtra pluribus actionib̃ agi poteſt p̄ vna hereditate. ꝑpter plures coheredes diuerſis tēporib̃ diuidentes: vt. ff. eo. l. ij. ſ. dubitandū. Item ercipe q̄das q̄ licet communia ſunt ex hereditaria cā: nō tamē veniūt in hoc iudicio. vt noīa ſiue debita ſiue a defuncto debita: vt. ſ. e. l. ea q̄. Ité mala medicamēta. defuncto ſiue a defuncto debita: vt. ſ. e. l. ea q̄. Ité mala medicamēta. defuncto ſiue a defuncto debita: vt. ſ. e. l. ea q̄. Ité mala medicamēta. Item iniuſte queſita. Ité libri improbate lectionis: vt. ff. eo. cetere.

Defuncti voluntas eſt ꝑ ambulatoria.

Titul' vario mō ſumitur.

N ¶ On eſt ambiguū. ¶ Casus. Si tu cū aliquo alio in hēditate aliqua inſtituꝛ vnius fundi ſciens ei hereditariū: ꝛ aliū in eo bonis veniāt per iudicū famil. hercil: ℞ſpō. q̄ ſic: cum iudicium familie hercil. ſit bo. fi. ꝛ portio hereditaria fructibus augeatur. mi. her. ſit bo. fi. ꝛ portio hereditaria fructibus augeatur.

v ¶ Titulus. i. actio. vel titulus. ſcilicet iudicij. ſicut poſſeſſiōis. titul', dificatione. als p̄ dignitate. als p̄ ſigno ponitur. als p̄ p̄mio gio. vt in auc. de ec. ti. in prin. colla. ix.

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

a ¶ Flumeretur. vt infti. de actio. §. actionum.
b ¶ Augeri. hoc ſi quis ſcripſit tanq̃ heres ſcies ſe habere coheredes ꝛ ſum dum hereditarium eſſe. Sed quid ſi ſuus credebat vel ex alia cā comunem. vel percepit cū non credebat ſe habere coheredem: Videtur q̃ nō teneat: vt. ff. c. inter coheredes. §. fructus. Sz eos debeat lucrari pcipiés. vt. ff. eo. fundus qui. §. j. ibi: q̃ o ante lit. cōteſt. ꝛ. ff. finiū regun. l. iiij. §. poſt litē. ꝛ inſti. de re. diui. §. ſi quis autem a non domino. Sed tu dic q̃ tenetur vtili actione: ſz non directa: q̃ nō pcipit vt coheres: vt. ff. eo. l. ꝛ puto. §. pe. ꝛ. l. qui erat. ꝛ ad iſtar petitiōis hereditatis inquantum locupletior eſt: vt. §. de petiti. here. l. ij. ꝛ. ff. de pe. here. ſz etiā. §. pe. ꝛ fi. ꝛ. l. illud. §. predo.

Uotiens. ¶ Laſus. Pſſa. trēs ſi llos habēs ꝛ tria pdia: ꝛ in vno cāp. pdio tria mācipia: vnicuiq; filiozum certū aſſignauit pdium cum mācipijs que in eo erant et deceſſit: an filij huic dimiſioni quā pater teſtamēto fecit ſtare debēt q̃ uerū. ¶ q̃ fic: et hoc in pzima. Si aūt ēin inferiori parte teſtamenti ſic dixit teſtator. rogo vos o filij de mancipijs q̃ vobis reliq̃ q̃ eos clemēter tractetis: an videāt tur per hec verba mācipia q̃ prius diuiſit communicaſſe/querit: ¶ Rñ. q̃ non. ꝛ hoc in ſcda.

Texᵗ ibi: nec murat. hec lex. fac ad. c. fcdo re ḡris. cū gl. ſup ꝑ. vtriuſq. extra de app. vbi vide.

c ¶ Peredes. Nota gene raſe clauſulā referri ad antecedentia.

d ¶ Diuidit. Et ſic dico q̃ ſi pr̃ inter filios ſuos in ſolemni volūtate diuiſit bona aſſignādo cuilt bet certā portionem vel etiā certaz rem pro codē babeo ac ſi dixiſſet here des inſtituo. nam quili bet neſcit dicere: hēdes inſtituo. Si aūt ex in mus ſolēni volūtate diſco idem ſi aſſignauit ei quotam portionis. Si autem certam rem tunc non vt teſtamentum valebit: ſz vt voluntas ab intestato. Illi tamen aliter dicunt: vt. ſ. eo. filij. dicemus. ¶.

Pſ filijs bona diuidens vide tur eos inſtituere.

e ¶ Contēdo. q̃inſtitutio valet: vt. ff. de here. inſti. l. er facto. ij. §. j. ꝛ. ff. eo. ſi filia. §. ſi pater. ꝛ ſunt heredes cū nulli alij ſint hēdes. als ēcnt illi tales loco legatariorum: vt. ſ. debere. inſti. l. quotiens.

f ¶ Legis falcidie. Que debetur iure inſtitutionis. vt. pbatur. ff. de here. inſti. l. er facto. ij. vel que debetur iure nature. nam quācūq; vult poteſt retinere. De trebellianica autem poſſet etiā quis boc intelligere: licet quidā dicāt q̃ nō habet locū niſi cum rogatus eſt quis reſtituere totam hereditatē vel quotam portionem. ꝛ pro eis. ff. ad trebel. mulier. j. §. fi. ꝛ. l. nam quod. §. fi. ꝛ. l. cogi. in prin.

g ¶ Uerbis. ſcz teſtamenti. ¶ D.

h ¶ Cōmēdāda. l. commēdauit. ſic. ff. eo. l. cum putarem. er quo videbatur in cōmuni redegiſſe q̃ añ diuiſerat: ſz nō eſt ita: vt dicit. ꝛ ſic ſequēntia. pter pcēdētia intelligūtur: vt. ff. de leg. j. ſi ſeruus plurium. §. fi. et de lega. ij. legatorum. §. fina. Sed argu. cōtra. ff. de vbo. fig. l. ſi cū ſuum dun. ꝛ. de lega. ij. l. is qui cum plures.

i ¶ Inſinuaſſe. l. commendaſſe.

Ulter filios. ¶ Laſus. Si pater familias vl̃ mater familias ab iñ teſtato deceſſit: ꝛ filios vel filias reliquerit: in bonis eozū quaz inter inter liberos faciēda eſt diuiſio/queritur: Reſpond. q̃ pro portionibus veribus. Uiuianus. ¶ Et intellige iſtaz. l. in bonis alodiaz los tñ. Paulus.

k ¶ Equo iure. id eſt equitate ſola inſpecta. cū em̃ ex ſententia ius fieri debeat ſicut ipſe legislator: equitatē ſegtur: ita ꝛ iudicē ſequi oportet. Iz quandoq; non ita ſequatur oculo iudicis caligante.

l ¶ Explorati iuris eſt. a ſapiēcib⁹. vt infti. de here. q̃ abiteſt. i pin. ꝛ. j. de leg. here. l. lege. ꝛ de col. l. vt liberis. ꝛ. ff. de ſuis ꝛ legi. l. j. in pnc. Onideo. ¶ Laſus. Duo fratres bona pr̃na iter ſe diuiſerūt: an ob h̃ q̃ ſcriptura nō mō teruenit diuiſio ſit mīn⁹ obſeruanda/q̃rit. Dic q̃ nō. cū fides ꝛc. q. d. cum poſt diuiſionē factā inſecuta eſt poſſeſſio. q̃ qui libet poſſeſſionē appzehendit. ꝛ ſic euidentia facti probat.

m ¶ Habēda eſt. vt. §. de pac. l. pactum. q̃ bona. ꝛ de rei ven. indicia. et. §. de pba. pzietatis.

n ¶ Fides. q̃ diuiſio fctā eſt ꝛ poſſeſſio inde ſecuta eſt: vt. j. c. ſi diuiſionem. ꝛ facit. §. ſi vt ab here redi. ſe abſti. l. j.

Certū ē. ¶ Laſus. Si pſſa. habēs ſi lios eo. ꝛ ſcripſit heredes an peculia. pfectitia que filij habēt veniāt in diuiſionem ci ceteris bonis poſt mortē patris/queritur: Rñd. q̃ fic. et hoc in pma. Si aūt vn⁹ ex filijs vīctē pfectia ignozās te cū aliquo cōtrarit: et ei⁹ debito: fact⁹ fuerit: an coheredes ſuos coniuenire poſſit vt conferāt illud debitu⁹/queritur. Dic q̃ non. niſi de peculio ſuo tantū reciplat in quantū his cuz quibus ꝛtrarit fuerit cōdēnat⁹. ꝛ hoc in ſecunda.

o ¶ Peculia. profectitia ſubaudi. nam caſtrenſia vel quaſi non conferuntur: vt. §. eo. ſi filiuſſa. et j. de col. ea demuz. ꝛ. l. filie licet. Ytē nec aduētitia bodie. vt. j. de colla. l. ſi. Sz quomodo reuocantur ad communionē cū nec diſceſſerint: vt. j. de colla. l. filie licet: Reſpon. quatenus de facto eriuerūt. ſcilicet quo ad

Texᵗ ibi: cuētū. id eſt periculum ꝓpau.

administrationē: vt ꝛ. §. de ioffi. dona. ſi totas. ſic. §. de ſacroſan. eccl. l. iubemus. ij. §. fina.

p ¶ Conuenire. vtili iudicio familie herciſcūde nō directo: vt. ff. c. ꝛ puto. §. ſed ꝛ ſi dolo. ver. ꝛ ideo. ꝛ. l. qui erat. in fi. Uel ſpeciale in filijs. vt ff. e. heredes. §. ſi filius.

q ¶ Ultra nō pōt. miſi fuerit in rē patris verſum: vel eius iuſſu ꝛctum: tunc em̃ pſtabitur de ſubſtātia patris ſolidum: vt. ff. eo. ſi filia. §. j.

r ¶ Condēnatus eſt. vt. ff. c. bis ꝓſequēter. §. ſi filiꝰ. ꝛ. ff. de pecu. ſi qs ſer uū. in pn. ꝛ. l. qſtiū. §. j. ꝛ. ij. ꝛ. ff. de ꝺdi. ide. frater a fratre. Ytez qō dicit ꝺdēnatus ad factū reſpicit. q̃ ꝛ ſi cōdēnatus nō ēēt ſz iñ obligat⁹ idē iuris ēēt ſim quoſdā. ſz certe imo nō idē: q̃ tūc nō deducerēt ſz ſibi caueretur a coheredibus ſe defenſurū eos: vt. ff. de pecul. ſz ſi dānū. §. fi. Item boc cauere dz coheredibus ſe defenſurū eos: vt. ff. c. ſi filia. §. ij.

Sz familie. ¶ Laſus. Pater fa. deceſſit duob⁹ heredibus relictis: iudicio fami. ber. hereditate iter eos diuiſa: puta vt vn⁹ haberet pdia q̃ erant vlra renū: ꝛ alius citra: nec ſup euictione aliq̃diter eos cōuenit: puta ſi pdiū aliquod vltra renū eēt euictū: cohēs q̃ habebat citra. p parte cognoſceret. vel ēz: an eo obſtāte q̃ nō ſuenit cōpellet onus euictionis ſubire/q̃rit: Rñ. q̃ fic. ꝛ actionē pſcriptis verbis.

s ¶ Inter te. ſecus ſi pater inter vos duos diuiſit. q̃ de euictione non agitur: vt. ff. de leg. ij. cum pater. §. euictis. Accur.

t ¶ Id eſt. iſtud. i. non ex poſitiue ſz exemplificatiue ponitur. q. d. nihil conuenit. i. non boc vt vnuſquiſq; ꝛc.

v ¶ Rei. §. ff. de act. ep. Lēptoꝛē. §. ſi. vbi oz q̃ pacto interueniēte de euictione nihilominus agit. So. h̃ vertitur vtilitas vtriuſq. ibi non.

x ¶ Pro parte. nā cū vnaq̃q; res ſit cōis coheredib⁹. ꝓ indiuiſo in iudicio

dicio familie berciscunde fit adiudicatio i singulis reb⁹ q̄ sic hz vnus q̄sq; coheres partē alteri⁹ i ⁊lubet re sibi adiudicata. aliā vero partem er se. p parte igit quā hz ab alio hz eū de euictione obligatū p actiōnē ꝓscriptis verbis q̄ nascit ex pmutatiōe rerū. Est em̄ i diuisiōe q̄dā pmutatio ⁊ ibi dicit ꝓscript⁹ verbis agēdū: vt. ff. de re. pmu. l. i. ⁊ de ꝓscrip. ver. naturalis. §. finaunte do ré. ad hoc. j. tit. ij. si fratres. ⁊. ff. c. bo reces. §. pe. et. ff. de euic. si cū vendito. §. i. Sic q̄ distingue: aut q̄enit vt de euictiōe teneret⁹ et tes netur: aut nihil q̄enit ⁊ simili⁹ de euictione tenes tur nisi sciēter aliqs alie nuz accipiat: vt. j. cōmu. vtriusq; iur. l. si fratres. ⁊. j. ō euic. si fundū. Aut cōuenit vt nō teneret: et tūc nō tenetur: vt h. Sz hoc casu an falte ad prez cium verū agi possit qō videt: vt. ff. ō act. emp. l. emptor. §. fin. Sed mag̃ puto nō posse. nā ꝫ vteraz fuscepit ei⁹ rei euen tū: bi sol⁹ emptor. ✣ Jn casu tñ nō agit nisi cau tū sit ꝫ ali⁹ est casus: vt ff. de leg. j. si domus. §. j. Itez hoc si fiat diuisio a iudice vel partib⁹. fecus si a testatore: vt dices. j. eſi cogitatiōe. Item qd si vna assignet p diuisionē iudicis totum allo dū alij feudū q̄ decedes reliqt tri filiā: an hec fi lia eiecto ei feudo agere possit: qō videtur q̄ sic non fit ei vitiuz q̄ femina sit nata: vt. j. de leg. here. l. lege. ⁊ de lib. ꝓpo ri. vel erbere. l. si. Econtra q̄ nō sicut si res emp̄ta naturaliter iterū ſſet vel fato: vt. ff. de euic. l. si seru⁹. Itē q̄ pater caus sam p̄stitit. arg. ff. de euic. si seruum. Sz puto q̄ nō cum p̄ eius filie ac cipiens si partez hoc sciebat posse euenire/ nisi fuisset stipulatus ō euictione: vt. j. de euic. si fundus. Additio. Hoc vltimū intellige ſm Richar. malūb. qñ exp̄sse stipulatus esset de euictione in hūc casum: alias ſ gñaliter esset stipulat⁹. cū sciret bona esse feudalia ⁊ ex natura feu di euincere⁹ de euictione non ageretur. arg. ff. de bere. vel act. vēdi. l. si nomē. ⁊ facit ſm Bar. h. l. si qs domū. §. j. ff. locati. ⁊. ff. de vāno infec. l. damni infecti stipulatio pertinet. in p̄in.

Diuisio p mutatio q dam est.

Vides an teneant⁹ filia diuisiē de euictione.

✣ Jstas re netur. ⁊ di et eas sing. et mēti tenē dā. ij s Guil. 6u. ⁊ pau. teneat ⁊.

Sz diuisionē. ¶ Casus. Duo fratres hereditatē p̄na ex cōsensu suo diuiserūt: vnusq̄sq; possessionē sue partis, quātū q̄tingebat appbēdit. decessit alter relicta filia: iuenit portionē patris sui ab alio fratre occupatā: an eā vēdicare possit/ q̄rit: R. ū. q̄ sic. ⁊ hoc in p̄ima. Si aūt diuisio tñ verbis facta fuisset: hoc nō. Quidam⁹ hereditatē: vel tñ de ea diuidēda 3uenerit: nec ſeqbat appbensio ⁊ possessio non fuit subsecuta. ⁊ vñum non erat q̄stio patri nec filie: inder familhercī. inter fratrem ⁊ filiam bona diuidet.

a ¶ Al. scilz patri tuo.

b ¶ Stetit. ⁊ vltra non processit ⁊ sic vñum non fuit q̄stio: vt h. ⁊. ff. de pac. tradition⁹. ⁊. ff. de pac. l. diuisionis. ⁊. j. de re. pmu. l. ex quadā. Itē intellige non valere pactū ad agēdum: ſz ad excipiēdum sic: vt. ff. cōmuni diui. l. iij. §. fi. q̄ est. ff. ⁊. ff. de pac. l. cum proponas. ij.

c ¶ Prouidebit. non ex pacto. vt bic ⁊ dictis concordantiis.

Jlij. ¶ Casus. Si testamētū fecisti ⁊ solēne: filij tui illud rescindere nō poterunt: nisi p inofficiosū. q̄relam. Si autem non solēne: puta adhibitis tribus testibus tantū: ⁊ in illa minus solēni volūtate diuisionem bonoꝝ tuoꝝ inter eos fecisti: puta assignando vni predia que vltra rennum erāt: alij que erāt citra: an iuder qui cognouit familie berciscūde iudicio diuisionem factā in minus solenni volūtate bonorum tuoꝝ inter eos seruare debeat/ q̄ritur: Respō. q̄ sic: dum tamen vnusq̄sq; filius non habeat minus legitima: q̄ si habeat ex senatusco. sibi supplebitur.

d ¶ Filij. idē est in ceteris liberis: vt. j. de testa. hac ꝫsultissima. §. ex imperfecto. Accursius.

e ¶ Testamentum. non etiam coram quinq; testibus factum.

f ¶ Jnofficiosum. large ponitur hoc nomē: scz ꝓ omni testamento qō est factū contra officium pietatis: siue erberedationez siue ꝑteritionē contineat. sic insti. de suc. li. §. si vero testamentum.

g ¶ Possint. hz ⁊ aliquis eoꝝm gratus.

b ¶ Facultatem. quia nec suo iure nec iudicis officio.

¶ Diuisio facta iter pñtes iuri absentis nō p̄iudicat. h. o. Bal. vel sic. Diuisio facta iter quosdā er socios alij⁹ absentib⁹ nō p̄iudicat. h. o. fm Pau. de cast.

Idem. aa. ct. cc. Lomodiano.

Qbcredibus Ler. xvij. diuisionem inter se facientibus ꝑ iuri absentis ⁊ ignorātis minime derogari⁹: ac ꝓo indiui so portionem eaz q̄ in initio ipsi⁹ fuit in oñibus communibus rebus cum retinere certissimuz est. ¶ Unde portionē tuam cum redditib⁹ arbitrio familie berciscūde de percipere potes: ex facta inter coheredes diuisione nullum p̄iudicium timens.

¶ Quod p̄ nomine vnius filij vel filie emit⁊ sibi tradidit ⁊ illi adiudicari: ⁊ ib iudicio habetur ratio sumptuū per vnuz er coheredib⁹ factoꝝ in re cōmuni. h. o. Bar. Vel sic. Donatio facta a p̄e filie familias monte p̄firmat et capit vim relicti ⁊ ꝓpia adiudicat filie. h. o. Ja. bu. vsq; ad versū. in cōi. ibi dicit q̄ si vnus heres de ꝓpijs expēdit in reb⁹ communibus q̄ illud recuperat a coheredib⁹. h. o. Vel sic. Quod p̄ emit nomine vnius er filijs ⁊ sibi tradidit videtur donasse: ⁊ tāq̄ donatū in diuisione hereditatis sibi ꝓcipuū adiudicatur si donatio nō fuit reuocata. Itē in hoc iudicio habetur ratio impēsarum factarū per vnū in rebus communibus. h. o. fm Pau. de castro.

Idem. aa. Dominc. Ler. xviij.

Jlie cui⁹ pater nomine rescōparauit⁸: si non post con

Deficiat. q̄ nec q̄nq; testes iterfuerūt: vt. j. de cod. li. §. in omni.

k ¶ Verbis. Puta sic dixit: omnia bona mea diuidatis iter vos filij mei ſm quosdam: quod nō placet. quia dicit retentionis modo fuato. Vel melius dic ynum fundū tibi: ⁊ alijs alia bona relinquit. Vel dic ipe pater diuisit.

l ¶ Jb intestato. Er hoc dicunt quidā q̄ er min⁹ solenni volūtate parentis nō succeditur nisi ab intestato quod non placet: cuz ler dicat q̄ quelibet patris volūtas in⁹ter liberos est seruanda: vt. j. c. l. si. ergo et h. ⁊ ita er testamento p̄t succedi. Est em̄ testamentum testatio mētis: vt isti. de testamē. in p̄n. ſ nihilo⁹ min⁹ p̄t ei ab intestato succedi. vt. j. si omiſ. sit causa test. per totū. ⁊ sic bic vt. j. l. si. nec ob. j. de testa. l. hac cōsultiſſima. §. fina. nam ibi nō loquit⁹ filijs ſz de alijs qui possunt ab intestato succedere. Vel hoc ab intestato ⁊c. referaſ ad casum cū fecit codicillos. Vel refert ex quota portione. vel re certa eos instituat vt dixim⁹. §. cod. quotiens.

Ipſis q̄libet volūtas est iter liberos seruanda.

m ¶ Er senatusco. ſulto. trebelliano cui loc⁹ est ⁊ in fideicōmissis que ab intestato relinquuntur: vt hic cuenit: vt. ff. ad trebel. recusare. §. j. ⁊. ff. ad. l. fal. si filiusfamilias. videtur em̄ hic pater fideicommisisse eoꝝm vt contēti partib⁹ assignatis restituant certa: vt. ff. de le. ij. peto. circa p̄in. nam ⁊ falcidia inter heredes locū habet: vt. j. ad. l. fal. a coheredibus.

n ¶ Seruato. eodem modo ac si er testamento succederetur.

o ¶ Additum. id est appropriatum.

Qberedibus. ¶ Casus. Si testator trib⁹ heredibus felicitis decessit: an uno absente tertio diuidere possint bona/ q̄rit: R. q̄ absenti portio quā habuit in reb⁹ communibus an diuisionē seruabitur: ⁊ eam cū fructibus percipiet: interim non timens p̄iudiciū sibi fieri per diuisionem ipso absente factam.

p ¶ Facientib⁹. qō facere possunt quo ad p̄sonales p̄statiōes. vt. ff. c. l. ij. §. dubitandum. ⁊. l. arbitrium. ⁊. ff. communi diui. l. ⁊ non omnes.

q ¶ Derogari. vt ⁊. j. res inter alios acta ⁊c. Accu.

r ¶ Redditibus. vt ⁊. §. co. l. non est.

Jlie. ¶ Casus. Si duabus filiab⁹ heredibus istitutis: p̄fa. decesserit: an res quas vni nostrū comparauit nomine suo quasi nomine filie post mortem suam cum alijs bonis veniant in diuisionē nisi p̄betur patrē contrarium voluisse/ q̄ritur. Dic q̄ non. ⁊ hoc quibusdam rescriptis imperatoꝝ comprobatur: quib⁹ filia nomine cuius res cōparabantur aduersus sororem suā vt p̄t. ⁊ hoc in p̄ima. An autem filia que in communi hereditate sumptum bona fide fecit pro portiōe consequi possit/ queritur. Dic q̄ sic. fami. bercis cun. iudicio vel nego. gest. ⁊ hoc in secunda.

Libros q̄s pater emit filio an de beat filius habere p̄cipuos.

s ¶ Res comparauit. vnde quia nomine eius emit: videtur q̄ per vltimum iudicium conferret in ea: vt hic. qō facit p̄ filio cuius nōie pater emit libros. ⁊ pro hoc. ff. eo. q̄st. ij. ⁊. l. pōponius philadelphus. ⁊ de pecu. le. l. si. ⁊ de dona. l. donationes in cōcubinaz. §. ſpecies. ⁊. j. de dona. inter vir. ⁊ vxo. si filij tui. Sz contra. j. de colla. si donationes. in fine. Sol. ibi non eius nōie pater emit: sed suā rem filio donauit. Vel dona. inter vir. ⁊ vxo. si filij tui. Sz contra. j. de colla. si donationes. in fine. Sol. ibi non eius nōie pater emit: sed suā rem filio donauit. Vel plenius solue vt ibi. Sed an est legatū hoc vel donatio causa mortis? Respon. non est donatio inter viuos q̄ sic non valeret: vt. §. de ioffi. dona. l. ij. nec causa mortis. q̄ p̄ ea ex obligari non potuit sed nec les

UNIVERSIDAD DE HUELVA

Legatuz ꝛ ſi legatū reperitur.

gatum cum non in teſtameto relinquat. Sz dic eſſe quaſi legatū. naz ꝛ non adita hereditate partis: confirmatur morte fm Azo.

a ¶ Eius iudicium. q; donaſſe pſumitur: niſi contra probaueris.

b ¶ Adiudicari. Sz quo titulo: ti. quaſi legati adiudicati: vt pote relictū quod ſemp datur precipuū: vt. ſ. de col. l. filiam. ij. ꝛ. ſ. ſi qua.

c ¶ His itaq; ſcilicet res ſcriptis.

d ¶ Si res integra. q; nec ſentētiatū eſt: nec tranſlo actum eſt. ſ. e. l. j.

e ¶ Familie. ſi res. p pte tegeri non poſſit: vel minus cōmode: cuz aūt cō mode geri potuit. p pte agitur neg. geſt. vt hic ſubiicit. ff. cōmu. diui. ſi qs putās. ſ. fiue. ec. ff. eo. heredes. ſ. ſi vnus. et l. bis cōſequēter. ꝛ. l. pōnius. ꝛ. ſ. de neg. geſt. ſiue. ꝛ. ff. de neg. ge. ſi cō munes edes.

f ¶ Percipiūde. in ludēo pignore qō. p parte: vt ff. cōi diui. ſi qs putans.

Preci ti. ¶ Caſus. Duob' heredibus relictis deceſſit teſtator ꝛ vn' coheredū de rebus hereditarijs: vel ꝛſum pſit vel deteriores fecit: an earum ratio ſit habēda: ꝛ alij coheredi indēnitas pſtanda/q;rit. Dicitur q; ſic.

g ¶ Aſſumpſerunt. i. con ſumpſerunt. Accur.

h ¶ Indēnitatē. i ſimplū non in duplū: et tenetur etiam hēs coheredis: q; tuo nō ſic ſeruantur in le. aquil. vt. ff. eo. ꝛ puto. ſ. fina. ꝛ. l. dāno. et. ff. cō muni diui. l. item q; uis. in princi.

M familie. ¶ Caſus. Deceſſit titi' relictis trib' hēdib': vn' rē cōmunē vēdidit ꝛ precium recepit: qua actiōe a coheredibus ad pciū conueniri poſſit/q;rit. Diſtinguit: an rē cōmunē alienauerit nomine coheredis: aut nomine ſuo tm. In pmo caſu ſubdiſtingue: q; aut habuit mandatum: aut non primo caſu conuenitur actione mandati. ſecundo caſu: ſi alij coheredes ratam habēt vēditionē veniēt actio. nego. geſt. nec venit pciū in iudicio fami. her. q; forte vēditio poterat pro parte expediri: ſi nomine ſuo cōueniatur ad precium petitione hereditatis.

i ¶ Venundate. Id eſt vendite.

k ¶ Nō venit. hō: q; p pars te poterit expediri. vt. ſ. e. filie. ſine dirim?. Vel q; h erat actum. vt no. fm Jo. ff. eo. heredes. ſ. idē eſt ꝛ ſi vnus.

l ¶ Precesſit. ſcz mandatum.

m ¶ Venditionē. vt ꝛ. ſ. de nego. geſt. ab vno. ꝛ de rei ven. l. mater.

n ¶ Velut proprium. ꝛ p hoc patet qō diffitetur me coheredem.

o ¶ Poſſideat. qō eſt loco rei: vt. ff. de peti. here. l. ſi ꝛ rez. idē ſi habeat emptor ꝛ obligatū. q; tūc vt verus poſſeſſor zuemit petitione hereditatis. vt. ff. de peti. here. l. regulariter. ꝛ. l. q; ſi in diem.

p ¶ Petēda eſt. i. pciū pro petēda hēditate: vt h. ꝛ. ff. eo. l. inter coheredes. ſ. ſi coheredes. in fi. ſ. Et ad eūdēm diſtinguez: cū qs vēdit rem cōmunē: aut eſt cōmunis ex cauſa ſocietatis: ꝛ tunc ſi vēdit rē cōmunē ſocio: vi volūtate nō vēdicat ſz agit pro ſocio: ſi aūt eis inuitis tūc nō ꝑiudicat alijs: vt. ff. p ſocio. l. nemo. + Si aūt er alia cauſa eſt cōmunis: aut er cauſa hēditaria: aut aliunde. q; donata vel legata. pro cauſa ſi vēdit vt cōmunē: ac p hoc videſe eſt qꝫ alterū ꝑiteatur coheredes agitur ad pciū familie herciſcunde ſi pro parte nō potuit commode expediri: vt. ff. eo. heredes. ſ. idē eſt ꝛ ſi vn'. ꝛ. ff. cōmuni diui. ſi qs putans. ſ. fine. ꝛ hoc fine itercedat mandati ſiue non. hec eſt actio ſecuz tans. ſ. fine. ꝛ hoc fine itercedat mandati ſiue non. hec eſt actio ſecuz aliā admittit: vt. ff. ꝛ puto. ſ. ſi ꝛ ſi dolo. Si vo pro parte potuit expedi. Nec igit cōi diui. ſicut nec famil. herciſ. q;. p parte commode poſtuit expediri: vt. ff. cōi diui. ſi qs putās. ſ. fiue. et hac. l. j. rñ. Si autem proponam ad pciū petitionē hereditatis vt in bac. l. ij. rñ. ꝛ. ff. ſi pars

trarium eius iudicium. + pbetur: per arbitriuz diuidēde hereditatis precipuas aduidicari? ſepe re ſcriptuz eſt. ¶ Ibis itaq; ſi patri ſucceſſiſti quē nomine tuo quedaz cōparaſſe dicis. aduciſus ſozoruz tuā apud ꝓbos. ꝓuicie(ſi res? integra eſt) vti potes. ¶ In cōi autem hereditate quin ſumptus ab vno facti bona fide familie? heriſcunde? iudicio vel negotiozuz gestoruz actione ſeruari poſſint: non eſt ambiguum.

¶ In hoc iudicio habetur ratio rerū a qbuſdā er heredibus ſubtractarū vel deteriozatarum. b. d. Bal.

Idem. aa. Liſuratio. Lex. xix.

M Certi iuris nō eſt familie herciſcunde iudicio earum etiā rerū quas ex coheredib' qui dam de cōibus aſſumpſe/ūt? vel deteriozes fecerūt rationem eſſe habendam: cuiuſdemqz rei ceteris pſtandam indēnitatem'.

¶ Si res cōmunis diuidabitur cōmuni nomine/ꝓciū venit in actione mādati vel negotioꝝ geſtoruz. ſi vero. ꝓpio nomine venit in petitione hereditatis. hoc dicit Jaco. bu. Bal. ꝛ Saly.

Idē. aa. ꝛ. cc. Practicle. Lex. xx.

M familie herciſcūde iudicio ab vno pro ſolido rei vel uti cōis venūdate' : preciuz non venit' ſed mandati ſi preceſſit' coheres vēditoris agere pōt: vl' negocioz gestoz ſi ratā fecerit vē

bere. pe. l. i. ſ. pinde. Veriſile aūt iō diri qz pōt eſſe q; vendidit vt prospriam: ꝛ tā confitetur me heredē eſſe ꝛ ſic aget ad pciū famil. her. non neg. geſt. Quia qō nō ſuo noie geſtum eſt ratum bēre nō pōt. vt infra dicam. Itē ſi vēdidit vt cōmunē ꝛ diffitet me coheredē: agam petitiōe hereditatis. Ubi aūt er alia cauſa non hereditaria eſt cōmunis. ſicdē

ditione'''. Mā ſi velut'' ꝓpria' vn' diſtraxit ac preciū poſſidcat': bereditas ab eo petenda eſt''.

¶ Under in hoc iudicio ꝛ ſequi patris volūtatem in rebus diuiſis: ſz in non diuiſis ſeqtur iuris auctoritatem. b. d. Vel ſic. Pater inter filios pōt in ſe aſſumere officium arbitri/diuidēt': ꝛ ſufficit diuiſio minus ſolēnis: ſz q; omittit pater iudex ſupplet. b. d. fm Bal.

Idē. aa. ꝛ. cc. Fortunato. Lex. xxi.

S I cogitatiōe future ſucceſſionis officium arbitri? diuidende hereditatis pcuenīēdo pater communis iudicio' ſuo vel qualicūqz iudicio' ſuam' declaraueritvolūtatem' inter eos qui ei ſucceſſerunt: exemplo' falcidie retētionis habita ratione familie diuidēde cauſa datus arbiter: ꝓ viribus' ꝓcterea portione coz' que nulli' ſpecialiter vel generaliter aſſignauit facta diuiſione i adiudicādo ꝓſis ſequet volūtatem'.

¶ Error: coheredū nō facit alteri acqri dominiuz. Vel ſic. Non babens titulū nō poteſt ꝓſcribere contra iudicium fami. hercis. Itē longa poſſeſſio ex errore non inducunt titulū. b. d. Bal. vel ſic. Communis ſernus ab vno er heredib' ſine titulo poſſeſſus nō vſucapitur: ſz ꝓ eo cuiuſcūqz heredum portione diuiditur. b. d. Salyc. Vel ſic. Qui poſſidet rem alienam ſine titulo ex dño ſciēte ꝛ patiēte nō ꝓpterea acqrit rē diuinum. b. d. Pau. de caſt.

Idem. aa. Dionyſio. Lex. xxij.

S Eruum cōem nō cōſēctiēbus coheredib': ſed per ea

fua legitima de portionibus alioꝝ ſuppleatur: ſz cū ſinguli inſtituāntur ꝛ aliqs eoꝝ rogatur vt ſit contentus certa re q; forte quartam ma ture nō faccret. portio legitima a coheredib' ſibi cōplebit. fm Azo. ꝛ h caſus vertit: eſt: quod colligi pōt ex illis verbis ex ꝓpio ꝛc. ꝛ ex illis ꝓ viribus. preterea ꝛc.

q ¶ Arbitri. i. iudicis familie herciſcunde.

r ¶ Judicio. ſcz non ſcripto.

s ¶ Vel qualicūqz. in ſcriptis vel non.

t ¶ Judicio. imperfecto ſed ſcripto vt innuit verbuz declarauit immo ad vtrūqz refertur.

v ¶ Suaz. volēte maiorem hereditatis partem ad aliquem er liberis peruenire ad alium minorem.

x ¶ Volūtatem. ſcilicet diuidendo res hereditarias quibuſdam tamē pretermiſſis.

y ¶ Exēplo. hoc iō vt dicūt quidā. qz falcidia trū in teſtameto locū hz ſed certe imo etiā ab iteſtato: vt. ſ. ſi omiſſa ſit cauſa teſt. l. ſi. ꝛ. ſ. quando di. leg. ce. l. ſi. Sz hoc iō dicit exemplo. vt ſicut alis detrabitur de legatis ꝛ fideicōmiſſis. ſic ꝛ h de plegatis. vt ꝛ. ff. de here. iſti. er facto. ij. ynde ſcio. in fi. ſ.

z ¶ Virili. quia ꝛ in alijs habēt viriles: ſz ꝓ quandā plegationez vnus habet plus ꝓ alijs: vt hic. ꝛ. ff. de here. inſti. ex facto. ij. ſ. j. ꝛ fic non eſt contra. ff. eo. que pater. j.

a ¶ Nulli. erpſſe vel tacite. ſcz vt res non aſſignate expresſe ꝙnuntur illas quas erpſſe aſſignauit. vt inſtrumentum/ fundum/ aruīdineta/ vineam: vt. ff. eo. que pater. j.

b ¶ Volūtate. vt ꝛ. ſ. de inoffi. teſt. parētib'. ꝛ. ſ. eo. quoties. ꝛ in autē. detrie. ꝛ ſe. ſ. ꝛ q; ſepe. col. iij. Et nota q; ꝓ hmōi diuiſione nō agitur de euictione: vt. ff. de leg. ij. cum pr. ſ. euictis. ſecus in ea q; fit ꝓ iudicē vel per partes: vt. ſ. eo. ſi familie. Accur.

b ¶ Volūtatem. ſingulis ꝓout defunctus voluit.

S Eruum. ¶ Caſus. Deceſſit titius beredibus relictis: vnus ſeruum bereditarium per. r. vel. rr. an. poſſedit: alijs per errorem credentibus

di poteſt vēdere mercet cōes. ar. ei' qō no. l. i. ꝛ binus. ff. cōi diui. ꝛ no. i d. l. nēo. ff. ꝓ ſocio. pau.

‡ Iſta glo: reputat ſingularis. fm pau. bad ſ q; ꝛ bonefi. poſ. her. nō ſit vtile ne dānū patitur q; ſi ſeruꝰ fuit. nō vult ſi vendat rē hereditariā tāq; hēres: non pōt empto: molestari a vero hērede: ſi non ꝛſenſerit in venditione. qō ꝓpter hoc tenet mētio eundē et ibi facit. l. ſi. ꝛ ſi. ff. dole. ij.

+ Vic hoc vez niſi res ad hoc eſſet in cōi vendita: vt vēdatur. vt imer cib' et reb' venalibus. nam vn' ex ſocijs alijs ignorātibꝰ vēdicēt' ſibi ſi nō habent iuſtam cām ꝓdicen

Falcidia; in teſtamē to ꝛ ab ite ſtato locū habet.

Diuiſio facta a pſ nō agit ſi lꝫ de euictione.

credentibus eum ad coheredem pertinere: si postea apparuerit eum communem fuisse non obstante prescriptione longi temporis partes suas possunt vendicare: et portiones assignatas a lege. ff. tab. penes eos remanere debere manifestum est. Viuia.

a ¶ Tenens. aliquis heredum.

b ¶ Deficiat. igit et vsucapio.

c ¶ Sũ. nec p vsucapionẽ nec per prescriptionẽ. r. vel. ff. an. fed tñ. ff.

d ¶ Nõ facit. nã in prescriptiõe titulus est necessarius vt h. t. ℞. de rei vẽ. re tua. et. l. nullo. t. ff. p dominato. l. i. ℞ de vsucap. cel sus. t. ℞ de pscrip. lõ. tẽp. l. diutina. et. ℞. cau. cess fat lõ. tẽpo. pscrip. l. vn.

e ¶ Assignatas. l. rũ. tab. vt. t. ℞. de pactis. l. pacto successorum. et facit. ℞. de dona. l. nec ignoranꝫ.

¶ Ject. ¶ Cas. De cessit qs trib' heredib' relictis: duo a tertio stipulati erãt vt crediꝫ toribꝫ hereditariꝫ rũdẽre: et aliquo dato pepigerũt vt eis satisfaceret: si fidẽ seruare nonvult: ℞ act. quenire possit a ceteris cohẽdib'. q̃rit: ℞. q̃ pactũ ab eis iterpositũ fiudicare nõ possit creditoribꝫ: tñ coheres: q. punit ad fidẽ seruãdã quenire ac. ex stipulatu: si stipulatio itercesserit: vel si non intercesserit agere

ex pacto incontinenti apposito acti. prescriptis verbis. hoc dicit.

f ¶ Non possit. vt. t. ℞. de pac. l. debitor. um. t. l. pacto. t. ℞. si cer. pe. l. i.

g ¶ Et iuris. i. stipulationis iure facte ꝑ fim Jo.

h ¶ Omisso. i. stipulatione nõ intervenieñte: sed tantũ pacto in rei tradition̄e apposito. vt. ℞. de re. pernu. l. rebus. t. ℞. de dona. legẽ. et. l. cum res. als si non esset facta traditio nulla ex tali pacto actio nasceretur: vt. ff. de pac. l. diuisioñis. t. ℞. co. si diuisionem.

i ¶ Conuenisse. post pactum interpositum: nam pacta nouissima sunt seruanda: vt. t. ℞. de pac. l. pacta nouissima.

¶ Jliũ. ¶ Latus. Paterfa. babuit quater cẽtũ in bonis: ℞ habuit quattuor filios: vnũ filiꝫ: in vita sua dedit fundũ valentẽ. rl. ad sui sustentationẽ: postea cõdidit testamẽtũ: instituit equaliter q̃tuor filios. i. quẽlibet in cẽtũ: cõputato fundo dato filio ad sustẽtationẽ in suis. c. ℞ rogauit testatoꝛ illũ filiũ cui dederat fundũ per fideicõ. vt restitueret coheredib' suis. ℞ gbusdã extraneis suã partẽ hereditatis sub cõditionibus: si nauis veniret ex afia. perceptis. ℞. a coheredib': cohe redes volũt dare. ℞. ita cõditionib' erũstẽtib' debet restituere coheredi bus suã partẽ hereditatis: vult deducere quartã q̃stio est: vñ ℞ dedu cere q̃liter. ℞ q̃ cõputare in quartã illa. ℞. q̃ percepturus est a coheredib' vel ab alijs. ℞ quartã partẽ predij sibi dati q̃ est. ℞. r. ita ℞ rr. ℞ de ℞ habere. ℞. in eodẽ fundo sibi dato ad supplementũ. et ita ℞ rr. q̃ue sunt q̃rta pars de centũ: residuũ de fundo ℞ restituere cohe redib'. ℞ hoc est q̃ dicit fm Viuia. vel pone casum aliter vt in glo. i.

¶ Filiũ. Fama. ℞ re difficilis est hec lex. Dic q̃ casum ꝑfim antiquos. Quidã habes tricẽta. tres q̃ filios: vm in vita fundũ de suo patrimonio cõcessit ad sui sustentationẽ. ℞ sic in peculio quos tres filios solos beredes instituit equaliter: hereditaria ergo portiõ cuiuslibet est centũ: rogauit filiũ cui fundũ cõcesserat vt suã portionẽ hereditatis restitueret coheredibus. ℞ qubusdã aliꝫ sub ꝺditione: puta si nauis ex afia veneret ꝑceptis a coheredib'. pone. r. hic añ ℞ habere quartã. i. rrv. cõputanꝫ añ in quartã illa. r. q̃ accepit a coheredib' causa impl̃e ꝺditionis. Jtẽ hereditaria pars predij pone q̃ valet fundus. rũ. q̃ bꝫ in fundo quattuoꝛ. fic q̃ bꝫ. rriij. ℞ añ autẽ deest soluet ei in eodẽ fundo. Hoc nõ placet. q̃ nõ supesset aliqd de eo fundo restituẽdo q̃ hic fuit vt in fi. dicit: ‡immo deesset. ideo dic q̃ fundus valuit. rrr. ‡ fic habet. r. a coheredibus. ℞. Jtẽ er pars hereditaria fundi q̃ est alia. r. deest. r. villa accipit er eodẽ fundo. r. sic fup. ℞ sunt in fundo. r. v. q̃ue resti tuit vna cũ aliꝭ q̃ebꝫ de illa hereditate. Sed de qua quarta loquit. Rñ. ‡ de trebellianica q̃ er vniuersitate detrahit: vt. ff. ad trebel. nam qꝺ. ſi. r. l. cogi. in pin. r. ℞. et generaliter. Non autem de quarta iure nature: q̃ in illa ‡ nõ cõputatur data ꝑfectis cõditionis: vt. ſ. de inof. test. scimus. nec de illa iure institutionis: q̃ illa ex singularibꝫ relictis detrabitur per. l. fal. vt insti. de fideicõ. here. ℞. restituta. in fi. ℞.

Sed ſm hoc qd faciat ad titulũ: Rñ. q̃ hec restõ ‡ fiet coheredib' per hãc actionẽ sicut ꝓlegatiões veniũt in bona indicij. vt. ſ. c. ſi ℞. r. ff. co. l. inter coheredes. ℞. i. r. l. ſi ita legatur. Vel q̃ coheredes restituta sibi diuidẽt hoc iudicio: vt. ff. e. ſed r el'. in fi. Alij dicũt q̃ etiã di et tranet fuerũt cũ filijs instituti. Littera añ exꝑone filiũ. i. filiꝫ. fic r. ℞. de fideicõ. l. eã quã. Vel ſubaudies filiꝫ. r ℞ ẏ trij cõ erit ſuſpẽſiua. vſq; in fi. Vel dic teſtatoꝛ: ſanxit filiuꝫ habẽte quẽ. i. aliquẽ filiũ dñ. r. q̃ dicit in fi. cõpel lit. fubaudi ꝑdicẽ filiꝫ.

¶ Portionẽ. i. ſuã partẽ hereditatis q̃ erat tertia ne ſit cõtra. ff. de ver. ſig. l. nomen. ſ. portionis.

¶ Hereditaria pte ꝓcedij. Sed q̃re tota hereditaria parte fundi cõputatur in q̃rtã. ſ. trebellianicã: cũ videt q̃ ℞. ita here ditarie partis debeat cõputare ſolũ. q̃rtã em cui inſtibet q̃rte quã bꝫ i q̃rte bet parte ꝫ computare: nec ꝺꝫ retinere tota q̃rtã quã haberet ab inteſtatoꝛ illo fundo. ꝓ illa parte quã retinere debeat: ſꝫ in q̃libet re quartã quarte quã haberet ab teſtatoꝛ ꝺꝫ retinere: ſicut cõputat quartã aliarũ rerum ẽꝭ er teſtõ habebat: Sꝫ rñ. fm q̃ ſcdã: q̃ boc teſtatoꝛ dixit. ſed ℞ refugiũ ‡ eſt miſeroꝛuꝫ. Dic q̃ fm Jo. ‡ q̃ hic fundus fuit filio plegat' de heredita te: ℞ nõ cauit teſtatoꝛ vt quartã re. ineret de hereditate. vñ cõtra volũtatẽ ei' deducit quarta: ℞ ita cũ faciat cõtra volũtatẽ retinẽdo fiet contra ſuã in boc: q̃ tota hereditaria cõputabit ‡ in q̃rta: ℞ nil lucrabitur inde. ſ. de hereditaria ceterũ ſi cauiſſet teſtatoꝛ vt q̃rtã retineret de hereditate tũc fundus plegat' eſſet ꝑcipue ſuus: nec imputaret miſi tñ quantũ retineret etiã ſi alij fuiſſet legatus. ſ. quartã ſue part. ꝺ: vt ſi eſt vnus fili' tres vncias. ſi tres vnã vncia: vt. ff. ad. l. fal. titia. Sꝫ huic lex. Jo. ob. qꝺ ſubijcit ſi qd deeſt in ſupplemẽtũ ℞. q̃ ſi fundus eſt plegatus vt dixi: q̃ hereditaria portio tantũ cõputar in quartã: non tã q̃ deeſt ad quartã in eodẽ fundo eſt ſoluẽdũ: cũ certa quartã ſit qꝺ a coheredꝫ ꝑcipit: vt. ꝺ. t. l. in q̃rta. Sed rñ. Joã. q̃ hic fili' rogatus fuerat ertraneis dare fundũ. ℞ ita totũ: ℞ illi aliqd filio dare. ℞ eodẽ modo fra trib' ℞ ab eiſdẽ aliqd recipe debebat. Cõputabit q̃ fibi in quartã bere ditariã partẽ predij. Jtẽ q̃ accepit a coheredibus: itẽ q̃ accipiet ab ertraneis in eodẽ fundo. i. ꝑ eodẽ fundo reſtituẽdo quẽ plegatũ habebat. nõ cũ intelligendũ eſt vt in eodẽ fundo habeat amplꝰ q̃ here ditariã portionẽ. r ideo calli de poſunt illa. a ceteris. q. ꝺ. ab extraneis. Vel dic vt ꝺicem' in glo. ſa alia inferioꝛi. ſ. deſtinatiõe. r. Vel ſi vis ſm Azo. r Hugo. dic hũc fundũ collatũ filio a ꝑe: vel bñ merito ‡ vel cõferẽdo vltimũ arbitriũ. ‡ puta emẽdo noſe ſuo: vñ venit in iudiciũ fa mi. hercil. precipiẽdus. vt. ſ. e. filie. Et bñ dico q̃ tota hereditaria portiõ cõputaꝛ in falcidia: q̃ cõtra volũntatẽ ‡ defuncti retinet quartã. ſecus ſi er volũtate: vt. ff. ad. l. falci. titia. nã ibi de trebel. fal. dicit. et ſic bꝫ tres partes fundi ꝑcipuas. ſilec obſtat qꝺ ſequiſ fi qd deeſt: nõ em bic dicit vt vltra hereditaria parte imputet: ſꝫ repetit qꝺ ꝺixerat. q. ꝺ. de quo tã bꝫ duas partes. Sed qd ſi oia bec nõ ſufficiũt ad quartã: ‡ de quo tã bꝫ duas partes. Sed qd ſi oia bec nõ ſufficiũt ad quartã: ‡ Rñ. cõplet er aliꝭ s iure cõl. Jtẽ nunqd ſplegationes cõputanꝫ in fidei cõmiſſo generali: Rñ. diſtinguc: ‡ vt. ſ. de fideicõ. l. cũ virus. Jtẽ quõ imputabit etiã hereditariã partẽ rei quã habituꝝs erat: etiã ſi beres nõ fuiſſet: q̃ morte bmõi donationes confirmant. ℞ ideo in plegatis: vt ff. de leg. i. qui filiab'. ſ. fi. r. l. ſeq. Sed rñ. q̃ cũ teſtatoꝛ poſſet illa reuocare videt cũ nõ renouet ſed inſtituat: grauare vt hereditariã partẽ rei plegatꝰ vel quartã hereditarie cõputet vt dictũ eſt. Er ꝺdicꝰ ꝑ

quartā deducit. f. de fundo illo ſm caſum antiquo: ſi ✠ Iſt Ñ. quidam: q hic teſtator: dixit. Alij vt Ioth. hoc preſumunt ex eo q teſtator: dixit filio dedit hunc fundū etiā in vita. Un etiā poſtea ler illā voluntatem imitatur. q nō placet: ✠ q talia peculia. pfectitia cōia ſunt et nō pria cipua: vt. ff. eo. certū eſt. Alij dicūt ✠ poſſe in vna re retineri falcidiā: quod[a] a ceteris in eo[b] fundo ſolūtur: ſupra quartā habens redducere compellitur.

¶ Habens titulū ſingulare non tenet cōferre ſi nō vult vniuerſaliter ſuccedere. Bal. vel ſic. ✠ Repudians hereditatem nō tenetur ad collationem. b. d. Saly.

Lidē. aa. ff. cc. Diocle. Lex. xxv.

Ex cauſa[c] donatiōis vel alicuius[d] cauſa[e] tibi: ſi aui ſucceſſionem reſpiceris conferri fratribus compelli non poteſ.

¶ Diuiſio vel diſpoſitio teſtati vel inteſtati inter liberos valet etiam imperfecta. i. ſine ſolemnitate legali. Sed ſi perſona extranei permiſcetur quo ad extraneū non valet. b. d. Bal.

Impera. Conſtan. ad baſſum.

Later oēs dūta- Lex. xxvj.

xat heredes ſuos[f] q̄ ex quolibet veniētes gradu: dum tñ pares[g] videant eſſe: vel emācipatos quos p̄tor[h] ad ſucceſſionē vocat: ſiue ceptū neq; impletū[i] teſtamētū vel codicillus ſeu epiſtola parētis eſſe memoret: ſiue q̄cunq; alio modo ſcripture qbuſcunq; vbis vel indicijs[k] inueniant relicte iudicio familie herciſcūde. Iſ ab inteſtato[l] ad ſucceſſionem liberi venē: ſeruato[m] ſenatuſcōſulti auxilio: defuncti diſpoſitio cuſtodiat: leg. fal. l. in imponenda. z exponē vt modo diri ſm Jo. z Azo.

Ex cauſa donationis. ¶ Caſus. Deceſſit paterfa. relictis duob[ꝫ] heredibus: ſed titius portionē ſuā hereditariā repudiare vult: et ea que ſibi pater dedit vel aliunde acquiſiuit retinere: an cōpelli debeat ea cum coheredē ſuo conferre/queritur: ✠ Ñ. q̄ non.

¶ Er cauſa donatiōis. hodie ſecus ſi donet vni ab auo inofficioſe: vt. ff. de inof. teſta. auf. vnde z ſi parens. Item ſecus in aliūde queritis que non conferuntur etiam ſi ſuccedant: vt. ſ. de col. l. ſi.

d ¶ Alliūde. i. er cā alia.

e ¶ Queſita. ab auo.

Iſter omnes. ¶ Caſus. Paterfa. incepit facere teſtamentum: ſed nō cōpleuit: z in hoc teſtamēto impfecto tres inſtituit heredes: vt fecit codicillos adhibitis tribus teſtibus: vel epiſtolam adhibitis forte duobus. Jn bis volūtatem ſuā declarauit z deſigna uit er quanta pte voluit vnū quēq; eſſe heredem: an talis diſpoſitio valeat/querit: et ōz q̄ ſic: iter filios ſuos z emancipatos z alios deſcēdētes. ſ. Quantū vero ad extraneos ſi cū filijs erāt mixti nō valet: z hoc in ſcba.

f ¶ Er hac. l. ibi heredes ſuos. nota q̄ large loq̄n do etiā emācipati pñt di ci ſui heredes: z etiā illi q̄ nec ſunt in poteſtate nec emancipati. vt in hereditate materna: licet ppie loquēdo nō niſi exiſterēt in poteſtate tēpore mortis. l. in ſuis. ff. de libe. et poſthu. Pau.

f ¶ Heredes ſuos. idē hodie de illis q nec ſunt ſui nec emācipati: vt ex linea feminina. vt. ſ. de teſta. l. hac conſultiſſima. ſ. ex imperfecto.

g ¶ Pares. in ſuccedendo: licet diſpares in gradu: vt filius z nepos ex alio filio mortuo.

b ¶ Quos pretor. ideo dicit quos/q; qdā extra poteſtatē poſiti nō vocant vt dānati de crimine capitali: vt. ff. de bo. poſſ. l. edicto pretoris.

i ¶ Neq; impletum teſtamentū. quātum ad ſolēnitatem: ſed bene completum quo ad voluntatem. Accur.

k ¶ Vel indicijs. dū tū duob[ꝫ] teſtib[ꝫ] pbet: ✠ vt ar. ff. de teſt. mili. Incl. z idē videt etiā iure veteri: vt. ff. de le. ij. l. peto. ſ. mſ. q̄ nō plz. vt. ff. de 2ſir. tu. l. ij. z. d. l. peto. Dicit mm[ꝫ] ſolēne. ſ. q̄ ad tutoris nationē: ſi q̄ ad alia perfectā. z hoc dixi. ſ. de teſt. l. hac cōſultiſſima. ſ. ex impfecto.

l ¶ Ab inteſtato. Unde videbatur voluntatē defuncti non eſſe ſeruandam: et de hoc dixi. ſ. eo. filij.

m ¶ Seruato. in quarte fideicommiſſoꝝ retentione: et eſt ſic. ſ. eo. ſi cogitatione. z. l. quotiens. z. ff. eo. ſed et ſi.

n ¶ Pro nullo haberi. ſicut. ſ. de inofficioſo teſta. ſi mater. z. ſ. de diuor. l. ſi. in prin. z. ff. de leg. pceſt. l. ij. z. iij. z. j. ti. ij. l. ſi.

Sj modo. ¶ Caſus. Dicitur in. l. codicis q̄ voluntas teſtatoris imperfecta valet inter liberos. Aluſ. hec dicit hoc verum eſſe limitando. l. codicis. ſi hunc ſcripture imperfecte ſubſcripſerit teſtator: vel omnes liberi inter quos debet diuidi hereditas iſta.

o ¶ Si modo. Laue tibi q̄ ler codicis loquitur ſiue in ſcripti ſiue ſine ſcriptis pater inter filios teſtetur minus ſolenniter. bic autem proſequitur tantū quando in ſcriptis vt patet vel filij debeāt ſubſcribere: ſed et tunc pōt valere ſine hmōi ſubſcriptione. ſi parens. z. vt in auf. alia que iungitur cum iſta que eſt. ſ. de teſta. auf. quod ſine.

¶ Commuui diuidundo. ¶ De diuiſione vniuerſitatis dixit: nunc de diuiſione ſingularium rerum.

Later tuus. ¶ Caſus. Predictū tibi z ſibi cōe frater vēdidit tibi nō prenudicat: ſi tū in parte ſua nō renocabit vēditio: ſi ſi prediū illud cōe diuidi nō pōt: ſi plus obtuleris p̄ parte ſua q̄ emptor: p tua cōi diuidūdo iudicio totū p̄diū cōparte ſuā alienauerit lite cōteſt. poſt vero inuito fratre ſuo nō poteſt. contraben. emp. l. dudum.

p ¶ Non oportet. vt. ſ. de cō. re. alie. l. falſo. z de dona. l. portionem. z de

✠ Et male Bart. Bal. pau. et ſaſ.

✠ Immo ē bona. Bar. bal. et ſaſ. z eſt ſing. ſm Bar.

✠ Et male ſm predic.

✠ Et male bar. z alij.

✠ Et bene Bart. Bal. pau. et ſaſ.

✠ Dlz bar. et pau. ſz diſplicet bal. et ſaſ.

✠ Reproba tur p Bar. Bal. pau. z Jaſ. licet ſit vera ſ ſe. ſm ſaſ.

✠ Reproba tur etiā bar to. et ſaſon.

✠ Approbatur bart. Bal. pau. et ſaſ.

✠ Concor. Pdic. doc.

✠ Et bene Bart. Bal. pau. et ſaſ.

✠ Sequunt Bal. bar. bal. pau. et ſaſ.

✠ Dlz bar. Bal. pau. et ſaſ. q̄ d te-

a ¶ Quod a ceteris. ſcilicet coheredibus fratrib[ꝫ]: vel ſm alios ab eo franctis.

b ¶ In eo. ſic ergo in vna re poteſt falcidia retineri ſm quoſdā: vt ff. z. ff. de leg. i. poteſt. z. l. non amplius. ſ. ſi. ſed illa loquitur in parte bonoꝝ legata. Sed contra dicimus: vt. ff. ad. l. falci. plautius. z dixi. j. ad

✠ Iſta glo. reputat ſingu. ſm bar. ad ſ q̄ ad p bādumindi ciū reqrant duo teſtes. pau.

Testamē tum imperfectū inter liberos an regrat ſub ſcriptione.

a ¶ Parte precij. i. precio partis parte tantum estimata fm quosdam: quod non placet: immo totus fundus estimatur vt hic. quia maior fit estimatio omnū partium si totus estimetur ꝙ si pars: vt. ff. fami. herc. l. meminus. §. fi. Item pro hoc. ff. de lega. ij. cum filius. in prin. ⁊. l. meminus. §. in fundo. ⁊. ff. ad leg. fal. l. in falcidia. et de excepit. do. l. pure. §. si eui. nam bis legibus nō potest seruitutis pars affignari. et ideo non possunt predicti fic exponere vt hic exponebant.

Seruitus pars affignari non potest.

b ¶ Alius socius. vel etiā extraneus: vt. ff. cod. l. iij. in fine.

c ¶ Consequeris. hoc cū diuisio nō potest fieri cō mode.

d ¶ Post litis cōtestationem. itē nec ante si fieret causa mutandi iudicij et pena imponitur: vt. ff. ō alie. in. mutan. cā fac. l. ij. in fi. Jn fami. hercis. aūt actione etiam post motā controuersiā prohibent alienationes: vt. ff. de pti. here. diuus. ⁊. l. fz et si. §. si ante. nisi ex necessitate: vt. ff. fami. herci. l. alienationes. sic et hic ex necessitate permittam per eādem legē: vt. ff. de fundo. l. j. ⁊. l. si fundum.

Litigiosa res an possit pignori dari.

e ¶ Possit. forte nec pignori obligare: vt. j. ō. re. alie. nō alie. l. fi. fz in re litigiosa sit aliō fm quosdā. vt in aut. de liti. §. ad hoc: als ab hoc col. viij. nec erat hic q̄stio de diuisione: q̄ certum erat rem esse cōmunem: ⁊ ideo nō pbibetur alienatio tāq̄ in re litigiosa.

Si probatū. ¶ Caſus. Si vinea tibi et fratri tuo cōmunē frater tuus obligauit cum obligare nō potuit eam cū fructibus q̄s ex parte tua percepit preses tibi restitui iubeat. Hoc i pima. Jtē ages cōmuni diuidundo aduersus crediторē si plus pro parte sua dare voluerit ꝙ ipse pro parte tua. vnde pars fratris ⁊ tua quā frater obliganit data ei pecunia quam inder statuet recuperabis: aut tua pte estimata: data tibi pecunia ad creditorem frattis tui totam vineam transferre faciet.

citatiōe vicerit exoluta socio parte precij obtinebis: aut pcij portionem si alius melioꝛe cōditionem attulerit consequeris. ¶ Si diuisio predij sine cuiusq̄ iniuria cōmode fieri poterit: portionem suis finibus tibi adiudicatā possidebis: hoc videlz custodiendo vt post litis contestationem nemo partem suam ceteris eiusdem rei dominis non consentientibus alienare possit.

¶ Frater nō potest obligare portionē fratris: et creditor qui reperit in possessione rei cōis potest. puocari ad diuisionē: ⁊ procedetur per licitationē vel diuisionem put dictauerit equitas iudicantis. Bal.

Imp. Alex. auito militi. Lex. ij.

Si pbatū fuerit presidi prouincie fratrē tuum vineas cōmunes pignori dedisse: cū parte tuā quā in vineis habes creditori obligare nō potuerat: pses prouincie restitui tibi eam iubebit cū fructibus quos creditor de parte tua percepit. Jdē pses prouincie de diuisiōe vinearū inter te et creditorē fratris tui cognoscet: et iubebit eū accepta pecunia quāti statuerit partē fratris tui valere: eā partem quā de fratre tuo accepit tibi restituere: aut estimata tua parte ad creditorē fratris tui data pecunia quanti estimauerit eam transferri.

¶ Jsta est nota. lex. ⁊. b. d. Jn hoc iudicio veniunt que sunt cōmunia. Item per iudicem est facienda diuisio per assignationem partium vel possessionum diuersarum. Et si vna alteri preponderaverit ad licitationem. et si alter consortum ex inopia non est par in licitādo: admittitur extraneus licitato. Bal.

Idem. a. vereçudiano. Lex. iij.

A officiū arbitri q inter te ⁊ fratrē tuū pro diuidēdis bonis dat fuit: ea sola pertinet que maneāt cōia tibi et illi.

¶ Mā ea quoꝛ partē is vēdidit cū emptoꝛib tibi cōia sunt: ⁊ aduersus singulos arbitruꝫ petere debes: si ab illoꝛuꝫ quoq̄ societate discedi placeat. ¶ Cū autē regionibus diuidi aliquis ager inter socios non pōt: vel ex pluribus singuli estimatione iusta facta vnicuiq̄ socioꝝ adiudicantur: cōpensatione inuicē precij facta: eoꝝ cui res maioris precij obuenit ceteris condemnato. Ad licitationem nōnunq̄ etiā extraneo emptoꝛe admisso: maxime si se non sufficere ad iusta precia alteri ex socijs sua pecunia vincere vilius licitantem profiteatur.

¶ Diuisio facta inter fratres debet haberi rata nisi beneficio restitutionis rescindatur: sed non diuisa debent diuidi: et in hoc iudicio habet ratio culpe et fructuū. hoc vide Bar. ⁊ Bal.

Impa. Diocle. ⁊ mari. herode.

Si maioꝛ quinq. annis soꝛoꝛ tua res cōmunes diuisit: q̄uis nō instrumentis: sed aliꝫs pbationibꝰ earū dereptā cōioné esse pbet. stare finitis cōuenit. ¶ Si minoꝛ fuit: nec tps in integrū restitutiōi prefinitū adhuc excessit: an in integrum ppter diuisiones restitui debeat: causa cognita/ pses prouincie estimabit. ¶ Jdem cozū etiā que vobis permanent cōia fieri diuisioné prouidebit tam sumptuuꝫ (si quis de vobis in res cōmunes fecit) q̄ fructuū. ¶ Jdem doli et culpe: cū in cōmuni diuidūdo iudicio hec oia venire non ambigitur: rationem (vt in oibus equalitas structur) habituras.

¶ Nemo cogitur in communione manere. b. d. Bal. ⁊ Saly.

Idē. aa. ⁊. cc. Secūdino. Lv.

m ¶ Arbitri. i. iudicis.

n ¶ Pertinent. Ut diuidat.

o ¶ Communia. non alia vt subijcit. j. ti. prori. familie.

p ¶ Diuidi. scz cōmode. vt insti. de offi. iudi. q̄ si commode.

q ¶ Socios. socij sunt cōuentionali vel nō conuentionali societate: vt jnstit. de oblig. que ex quasi cō trac. ⁊. item si inter.

r ¶ Non potest. scz cōmode. vt insti. de offic. iudi. §. q̄ si commode.

s ¶ Singuli. scilicet fundi diuidi non possunt cō mode.

t ¶ Vnicuiq̄. i. huic vel illi in casu tamē precise alteri: vt. j. de dona. l. sancimus. §. ne autem.

v ¶ Condemnato. vt. ⁊. ff. fami. hercis. l. meuī. §. ar biter. ⁊. ff. eo. si gs putās. §. si fundus.

x ¶ Maxime. si se vilius licitantem non sufficere ⁊c. ⁊ facit. l. de vec. ⁊ con. l. iij. ⁊. iiij.

y ¶ Licitātem. et ponitur ex parte subiecti: sed posset poni ex parte predicati et sensus posset vincere etiam vilius licitante cum fit adeo pauper.

Si maioꝛ. ¶ Caſus. Bona tibi ⁊ fratri tuo cōmunia diuisistis: si scriptura in diuisiōe nō interuenit: nec ob hoc rescindetur. et hoc in pma. Si vero minoꝛ fuisti cuꝫ diuisisti: ⁊ te lesum. pba: re possis: nec tēpoꝛa restitutiōis inuitis egressus fueris restituēris: et hoc in secunda. Si aūt bona communia remanserunt inter vos: pses prouincie jubebit diuidi. Jtem doli ⁊ culpe ratio in hoc iudicio habet. Viuia.

z ¶ Si maioꝛ. vt ⁊. ff. titu. j. non ideo. ⁊. j. de fide in

Diuisio an psumatur fetā ex longa rei possessiōe p diuisio.

struꝫ. l. instrumentis. Sed quid si non aliꝫs probationibus probat: sed probat hoc: scz se possedisse rem vt propriā pro parte yna: ⁊ per. x. annos inter presentes vel. xx. inter absentes: solus subiuit onera rei ⁊ lus sensit commoda: ⁊ Rñ. fm Azo. ⁊ Jug. verisimile est diuisioné factam. ar. ff. de vsur. l. cum de in rem verso. et de aqua plu. arcen. l. j. §. fi. et. j. de acqui. poss. l. minus. An autem idem in eo qui rei vendicatione conuenitur: vt non sit necesse probare titulum: sed presumatur dominus ex diutina detentatione posset queri. Additio. Barto. ⁊ communiter docto. hic respōdent ad istam questionem q̄ non. per. l. nullo. §. de rei vendi. Nec obstat quod dicit hec glos. in precedenti questione: qui bi non agitur de tanto preiudicio ⁊c.

a ¶ Direptam. i. separatam.

b ¶ Causa cognita. nec enim ⁊c. vt. ff. de iureiurā. nam ⁊ postea. §. fi mi noꝛ. et de boc diri. §. si aduer. transac. l. j.

c ¶ Idem. ⁊ preses.

Ratio sūptuū ⁊ fructuū haberi debet.

d ¶ Prouidebit. preses dico habituras rationem sumptuum ⁊c. et sic not. sumptuum ⁊ fructuum rationē haberi: vt hic. ⁊. ff. eo. l. si quis puto. tans. §. j. ⁊. l. in cōi. ⁊. l. antepe. ⁊. ff. pro so. l. quibus casibus.

e ¶ Et culpe. vt ⁊. ff. e. l. in cōmuni. ⁊. l. et si non omnes. §. venit. ⁊. l. si is. et. ff. fami. hercis. heredes. §. non tantum.

f ¶ Hec omnia. i. prestationes omnes.

UNIVERSIDAD DE HUELVA 2010

IN cōmunioné. ¶ Casus. Si cū sorore tua res habebas cōmunes
si a cōmunione vir discedere potes: ꝛ eas inter vos diuidet pre
ses. q: nemo in cōione vel societate inuit' detineri cōpellit. ¶ Nota ex
hac. l. regulā q̄ fallit in gbusdā personis que nō possunt ad diuisionē
puocare: pñt tū puocari: iste sunt tres pſone. Alsinoz/marit' in do
te: ꝛ ecclesia. Bal. hic.

a ¶ In cōmunionem. in
choādā: vt. ff. de. ꝯdi. in
de. si nō sortē. ſ. si cētum.
qō fallit tōne impossibi
litatis in puob' casib' vt
ibi notaui. Vel veri' hic
subaudi retinendā: vt. ff.
p foc. l. actione. ſ. itēq. ꝛ
j. p foc. l. tādiu. Sed hoc
fallit ratione pſoneꝝ qz
minoz: vel marit': vel ec
clesia: qz isti nō possunt
puocare: sed pronocari:
vt. ff. de ꝯdi. furti. et ideo
elegāter. et. j. de prędi. mi
no. l. inter. ꝛ. j. de fun. do.
l. j. ꝛ. j. Itē fallit tōne pa
cti: vt. ff. co. l. in hoc iudi
cū. ſ. si conuent. at. Item
ratiōe temporis. ſcz. xxx.
an. vt. j. de anna. excep. l.
j. ſ. ad hec. Itē si testator
phibuerit: vt. j. de rebus
alic. nō alic. l. fi. Accur.

b ¶ Innitus. fallit in pu
pillo ꝛ marito q dere do
tali alium ad diuisionez
vocare non potest.

¶ Communia vtriusq;

¶ Dicit que singularia
sunt vtriusq; iudicij: nūc
que communia.

¶ Diuisionem.

¶ Casus. Duo
bā tecū pre
dia cōmunia
iuder oūtalia mihi ad
iudicauit: occidētalia ti
bi: hec diuisio vicem en
ptionis obtinet: puta p
pter cuictionem et domi
nij translationem.

c ¶ Licē. qz pars tua mi
bi adiudicat ꝛ mea tibi.

Ecclia: mi
nor: maritus: ad di
uisionē nō
puocāt ſz
puocant.

IN cōmunione vel societa
tem nemo cōpellit inuitus
detineri. quapropter aditus pre
ses. puincie ea q̄ cōia tibi cū soro
re perspexerit diuidi. puidebit.

¶ Communia vtriusq; iudicij
tam familie herciscunde q̄ cōmu
ni diuidendo. Titu. xxxvij.

¶ Diuisio habet instar seu similitudi
nem emptionis. b. d. Bal. ꝛ Saly.



